

Tzurulus (Castaldo Chiurli, Busbequio Chiurli),
 quam Leo imperator Tzurulloën vocat, nonnihil a Proponde verum mediter-
 ranea distat, a Selybria maritima
 sex plus minus horarum itinere.

Leunclavii:
Pandectis
Historice
Turcicæ
26

Nos istuc satis commode diem ad noctem e-
 gimus.

50 Fallitur in Selime primo Jovius, et auctor
 annalium Silestæ Aureus, qui pagum
 ignobilem et obscurum vocant: cum hodieque
 sit oppidum, et a praetore dicatur Asty; quæ
 ac in prætorum historiis etiam Mauricii Au-
 gusti temporibus, ante mille scilicet annos,
 51 in Tzuruli fiat, ubi dicitur, Chazano
 cum infinita multitudine Thraciam ingresso,
 Romanorum ducem territum, in castello
 Tzuruli, tanquam loco munito, se conclu-
 sisse. Nam hæc ipsa leguntur apud Zonaram
 verba.

Locus ubi praelio congressus est (i Bajazites) 193
 cum patre Selimes.
 Narrant "Annales", et alii, non procul a Zorlo
 (à nos ordit)

³⁴⁶
concurrisse patris, qui podagra laborans curru
vehebatur, et filii copias.

Gorius ait, ab hac memorabili pugna pagum
hunc, prius obscurum et ignobilem (id supra
dicto capite refutarimus) nomen aliquod, et
splendorem fuisse consecutum.

Spanduginus addit, eundem locum pertinere
verus Quadragenta ecclesias.

Ustarabim (medicus patris) in oppido 201
Tzurulo Bajaziti auctorem fuisse sumendi
pharmaci, quo mirificus sensus et vigor totius
corporis et animi rediturus esset.

AKAΔHMIA

§ 26 v. 755, 756

De Oppidis --- Zorli

Quae oppida Thraciae --- Zorlum Turci vocant, Graeci dixerunt

--- Tzurulum.

Leo Sapient Aug. in Novella de Throis, Heraclaeae metropoli inter alios episcopatus, hos subiicit (ἀρχιεπισκοπῶν) Tzurolloien (nunc Zorli) (διδυμῶν, ἀπολυταῶν)

Tzurulum (Castaldo Chiarli, Busbequio Chiarli) quam Leo imperator Tzurolloien vocat, nonnihil a Propontide versus mediterranea distat a Selybria maritima sex plus minus hororum itinere. Nos ista satis com- modo diem ac noctem egimus.

Fallitur in Seline primo Jovius, et aucto annalis Silesiae Cureus, qui pagum ignobilem et obscurum vocant.

Cum hodieque sit oppidum, et a praetore dicitur Asty, quod civitatem significat.

Ac Graecorum historiis etiam Mauritii Augusti temporibus, ante mille scilicet annos, mentio Tzuruli fiat in Chagano cum infinita multitudine Thraciam ingresso, Romanorum ducem territurum in castello Tzuruli, tanquam loco munitionis, se conclusisse. Nam haec ipsa leguntur apud Zonaram verba.

§ 28 v. 757.

In vicinia Tzuruli de qua dictum, Didymotichum praetor cum aliis oppidum ponit.

§ 30 v. 758

Seachin, Sis oppidum — qui Turcis hic Lala Seachin, Laonico Saines vocatur. Et praedicat eum valde Laonicus, optimumque virum appellat.

Quaenam vero sit illa Sis, cujus captae fit mentio videndum.

Ponit Marius Niger in Thracia Sissopolim (= Σισσοπόλιν)

Huc proxima statuuntur, nimirum a Tzurulo et Burgosine.

Restat igitur ut aliud his vicinior oppidum quaeramus, quod Sis annali- um sit.

Hoc vero nobis monstrat Graeciae praetor esse Cissum, non procul a Tzurulo situm, sicut ex his verbis ejus apparet:

Cepit imperator Joannes Ducas Vatatzes et Cissum castellum, et esque ad eum fluvium, quem vulgus Maritum vocat, limites constituit. Potitus est et monte Tugano, et oppidulum in eo condidit: quo Nicolaum Coteztzen

Joannis
Leunclavii:
Pandectarum
Historiae Turcicae
in Magnae P. G.
T. 159

ablegavit, ut excubias ibidem ageret, et Latinis intra Tzurulum degentibus negotia facerent.
Quod quidem oppidum Tzuruli non magno tempore interjecto Romanis a copiis in potestatem redactum fuit.

§ 93 o. 797.

Quae Turci montana Zoga vocant, Graeci vel Togantum montem, ut Laonicus; vel Tugantum, ut Praetor noster, dixerunt. Laonici locus hic est.

Mustaphes, inquit, tandem nusquam tutus, fuga se contulit in montem, quem incolae Togantum vocant.

Praetoris autem haec verba sunt: Imperator etiam montem Tugantum in potestatem rediit, et oppidulum in eo condidit: quo Nicolaum Cotestzen ablegavit, ut excubias illic ageret, et Latinis intra Tzurulum degentibus negotia facerent: quod quidem oppidum Tzuruli non magno tempore interjecto Romanis a copiis occupatum fuit.

Quibus verbis intelligitur Thraciae montem esse Tugantum vel Togantum, vicinum Tzurulo, de qua superius dictum, numero notarum 26. Zoga vero Turcicum, eam ad Togantum rationem habet, quod pronuntiatio nem attinet, quam Ozman vel Osman, ad Othman.

§ 193 o. 864

Locus ubi praelio congressus est cum patre Selime. — Narrant Annales et alii, non procul a Zorlo concursu patris, qui podagra laborans cura rehebatur, et filii copias.

Zorli vero Turcis est oppidum vetus Tzurullo vel Tzurulus, de quo dictum cap. 26. Jovius ait, ab hac memorabili pugna pagum hunc, prius obscurum et ignobilem, id supra dicto capite reputarimus, nomen ali. quod, et splendorem fuisse consecutum.

§ 201 o. 879

Mors sultani Bajazitis, a filio Selime veneno sublata.

Non meminerunt annales dati a filio Selime Bajaziti per alios venent, quod a nostris constanter affirmatur, ipsis tamen expositionibus horum inter se non parum dissidentibus.

Nos plerorumque narrationes sic recitabimus, ut integrum tamen lectori iudicium relinquamus.

Spanduginus ait Selimen patri adjunxisse Jonuzem Bassam, qui curam ejus gereret, omnesque res patris administraret.

Interim tamen secreto cum Jonuze transigisse, venenum ut patri propinaretur. Itaque Bajazitem prius, quam Dimobucum prevenisset, in veneni dati extinctum fuisse.

(innotuit)

Jovius addit venenum ei praebitum ab Hamone Judaeo medico.
 Alii commemorant Selinem metuentem, ne se bello in Anatolia contra fratres occupato, rursus imperium sibi vindicaret pater; corrupisse medicum patris Ustazabim, promissis ei singulos in dies annonis asprorum mille, qui reditus esset annuus 9000 Thaleroium aspris 40 pro uno Thalero computatio.

Itaque receptisse medicum, se Bajajiti venenum pharmaco mistum propinaturum. Ac traditore quidam, venenum hoc fuisse comminutum pulveris instar adamantum. Ustazabim in oppido Turulo Bajajiti auctorem fuisse sumendi pharmaci, quo mirificus seni vigor totius corporis et animi rediturus esset.

Annuente Bajajite, medicum altero mane sultanum ad cubiculum venisse; cumque dormientem adhuc reperisset, expectabundum ibidem haerisse, donec erigilaret. Elapso temporis aliquo spatio, cum non expergisceret, excitari jussisse, tandem expectatum interrogasse, pharmacone uti vellet. Illo assentiente, Ustazabim antipharmanis multo antea munitum, praegustatum ab se medicum Bajajiti praebuisse hauriendam; simul cubicularis mandasse, ne quid ei potus subministrarent prius, quam bene cooperto corpore sudasset.

Inde medicum se Constantinopolim ad Selinem contulisse, qui promissi praemii loco jussit, si caput amputari; quod diceret, hominem sceleratum ac inditum sultano patri, eadem usurum erga se quoque perfidia, siquidem hoc uti faceret, ab alio quoquam compellatus esset.

Idemque summa usus celeritate, non procul a Zorlo patrem ansecutus est.

Ibitam coptis utrinque concurrentibus, ad dimicationem ventum fuit.

Erant id temporis imbecilla Bajajitis valetudine, cum nec pedibus uti nec equitare posset: saepe de causa curru vehabatur, cui velum obduxerat, omnino interim, Mahumetisque suis auxilium implorant.

(Annotati)

Annales
 Sultanorum
 Othmanidarum
 a Turcis sua
 lingua scripti
 Joanne Gaudlea
 dicto Spiegel
 interprete
 germanice
 Joanne
 Leunclavio
 Latine
 redditus
 Aulo Br. 626

Cum per exiguo temporis intervallo pugnatum esset victus Selimer, omni thesauro suo relicto, fugae se dedit.

At tandem pervenit in vicum quendam, situm ad mare, quod Nigrum vocant. Ei vico nomen Midge Midge. Hic navem ingressus, transmissis mari, Copen se contulit.



AKAΔHMIA

AOHNAN